Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit
hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis
qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat
exaltabitur. Offertorium. Intende voci orationis meae rex meus
et deus meus quoniam ad te orabo domine. Secreta. Deus
pietatis et misericordiae indulgentiae indulge quaesumus et mi
serere mihi sacrificium quod pietati tuae gratae
offero veniae digneris suscipere: et peccata
quae labentibus vitiis extorsi: pius et propitius
ac misericors et miserator indulgeas: ut pro tua
pietate loco poenitentiae accipiunt lacrimas
mihi exercendo veniam a te accipere merear delicto
rum. Postcommunio. Ab occultis meis munda me domine et ab ali
enis parce servo tuo. Collecta. Deus qui mundo es sal
vator omnium qui non vis mortem peccatoris nec leta
ris in perditione morientium te supplicater depre
cor: ut exercendas mihi veniam peccatorum meorum: ut
ad nulla delectam et flenda ea postmodum non ad
mittam. ut cum mihi extrema dies finisque vite
meae advenerit emundatum a delictis omnibus
me angeli sanctitatis suscipiant: et in tuo no
mine mihi succurrant. Postcommunio. Pro pace. Introitus
Da pacem domine sustinentibus te ut prophetae tui fideles
inveniantur: exaudi preces servorum tuorum et plebis tuae israel.
Ps. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi in domum domi
ni. Deus a quo sancta desideria recta ordinantur ibi nunc
consilia et iusta sunt opera: da servis tuis
illam quam mundus dare non potest pacem.
ut et corda nostra mandatis tuis dedita: et
hostium sublata formidine tempora sint tua
tectione tranquilla. Per dominum. Lectio libri Machabeorum